Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Diabolus nihil amplius dixit nisi hoc. quia angelis suis mandavit de te ut in manibus
portent te. ne forte ad lapidem offendas pedem tuum. Medium partem domini sit
hic enim dicit. quia angelis suis mandavit de te. ut custodiant te in omnibus
viis tuis. hoc non dixit ut custodiant te in omnibus viis tuis sciebat enim istam esse
potestatem in me dominum respondere sicut fecit me dominum in omnibus viis ergo et te
custodior. tacuit ergo quod sciebat contra se esse. et posuit quod prosperat.
Ve ve diabulus qui diabolus interpretatur. de saluatore quod est de saluatore.
Si enim de saluatore est totus populus sicut interpretatur. O diabule et deipro quod
dicitur. protege eum qui cognouit nomen meum hoc est ego patrem protegam filium meum
sicut interpretor diabule quomodo tu intellegis. Videte ne sit et sentis protege eum qui
cognouit nomen meum hoc est ego patrem filium meum. Clamauit ad me et exaudiam eum
hoc est in die crucis. Cum ipso sum in tribulatione. eripiam eum et clarificabo
eum. hoc est eum faciam resurgere. † Longitudine dierum replebo eum hoc quod
sequitur. quomodo fiet in saluatore. et ostendam illi saluatorem meum. saluatorem
dei filium dei est. Si ergo de filio dicitur quomodo potest fieri qui saluator dei filius
Video quomodo male interpretatur est. O diabule redfecit sic interpretatur ut iudicis.
Dixisti quia angelis suis mandavit de te. ut in manibus portent te. ne forte offen
das ad lapidem pedem tuum. dic quod sequitur quid tacet. Super pidem et basi
liscum ambulabis et conculcabis leonem et draconem xpr dicit nos quiuis et greg in sete

Finit de psal. xc. Incipit de psal. cxcii. in dno.

Nongisimo primo psalmo hoc titulo praenotatur. psalmus cantici in die sabbati non
potest esse diem agere nisi quis ex die transierit. Sex dies laboramus. in
die septimo requiescimus. Ergo dno cantare non possumus nisi in die
sabbati. quadiu operaistius mundi facimus hoc est sex dies dno cantare non
possumus. Denique dicitur in leuitico non faciesis in die sabbati omne
opus seruile. quicuque ergo in sabbato est. et in requiem dei opus ser
uile facere non debet. hoc est quod ad mundum istum pertinet. sed illud debet
opus facere quod ad sabbatum pertinet. Vultis scire quomodo in sabbato
operantur sacerdotes in templo dei. non licet in sabbato cuicumque ligna
cedere. denique unus qui inuentus est. et occisus est. Denique non licet igne
succendere. non licet etiam aliquid operis facere. Videtis autem sacer
dotes omnia haec quae in mundo alicui facere. non licet in sabbato
sacerdotibus solis licet. Nam et ligna cedunt et igne subponunt et alia
faciunt ministeria et hostias immolant,

† longitudine dierum implebo eum hoc est in aeternum uiuet et hoc intellegendum de filio dei